



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

[20.] S. Felix de Valois

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Instructio meritoria.

O insignem nostra gloriose auspicandi negotia doctrinam, ac methodum! Imitemur, & quæcunque nobis tractanda, nunquam inchoemus nisi invocatō ante auxiliō divinō, quod vel tribus ave, & totidem Gloria Patri &c. Aut hymno: *Veni Creator Spiritus.* Commodè fieri potest. Ad magna requiriatur Excelsi dextera.

Festum S. Felicis de Valois Ordinis sub titulo SSS. Trinitatis propagatoris zelosissimi.

EXHORTATIUNCULA. I.

ONobilem parvulum! Infantulus adhuc manu propriā nummos distribuit egenis, & ex appositis in mensa dapibus eos recreavit. Dilecte! quis sensus noster, si & à parvulis superamur in charitate, & abstinentia? *Gratis misericordiam sperat, qui misericordiam non fecerit.* Chrysost. Nunquam vacua est manus à munere, si arca cordis repleta bona voluntate. Hanc dedit Deus: cur adeò otiosa?

Ecc

In-



650 XX. Novembris. S. Felicis de Valois.

Instructio meritoria.

Pauperem Jesum ubique habemus nobiscum. Ergo pascamus, & sustenimus sollicitè, præcipue in mensa, ubi cuilibet cibo partem subtrahamus, & Crucifixo offeramus. Aliquid à nobis potentibus, si in re, & effectu non possumus, bonum saltem verbum, & charitatis præstemus obsequium. Pro impetranda charitate, & abstinentia visceremus defunctos in cœmeterio cum vesperis ex officio: *In carcere eram, & venistis ad me.* Matth. 25.

II.

S• Felix Ordinem pro liberandis è tyrannica potestate captivis fidelibus novum excogitavit, quem & Deus, ac Beatissima Virgo Maria benedixit. Amor proximi ubi non est, ibi nec Cœlum assistentia Mi fili! *Qui non diligit fratrem, quem videt: Deum, quem non videt, quomodo diligere poterit!* Joan. 4.

Instructio meritoria.

Rarò recordamur captivorum: tamen nos profitemur Christianos?

XX. Novembris. S. Felicis de Valois. 651

mus in opere, & pro redemptione eorum oremus 34. Pater & Ave cum psalmo: *In Convertendo &c. Domine! da nobis animas!*

III.

S Felix vidit Mariam in medio Chori, S. Ordinis sui habitu vestitam, & Cœlitibus sociatam laudes concinere divinas. Chare! tanti est in cœlo, jugiter, devotè, & ferventer assistere choro. Et ò dolor! Quoties non frequentatur cum tœdio! multum temporis datur corpori, parum animæ. Verùm abjiciantur omnia, quæ præsentem vitam faciunt brevem occupationi, longam dolori. Eucherius.

Instructio meritoria.

Exutiamus generosi torporem, si quis attentaverit irrepere ad horas Canonicas, & ad Divina Officia primi competrere satagamus. Porrò ut in omnibüs Ecclesiis, ac Dei templis purè, sanctè, & servidè decantetur Laus Domini, rogemus sanctissimam Trinitatem per duodecim Ave, & totidem Gloria Patri. Adiuncto psalmō: *Quam dilecta tabernacula*

652 XXI. Novembr. Præsentationis B. V. M.
nacula tua Domine virtutum. Non de-
simus officio nostro; nec Deus deerit
suo.

Festum Dulcissimæ Præsen-
tationis Beatissimæ Virginis Mariæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Malè vivit, qui cupit duobus servi-
re Dominis. Maria se soli devo-
vet Deo, & quidem trimula. Dilecte-
à Matre, à Maria vel hodie discamus, cui
imposterum nos solos impendamus.
Deus est. Dixi satis. *Gustate, & vi-
dete, quoniam suavis.*

Instructio meritoria:

In templo facta est præsentatio. Fiat
& ibi nostra. Eamus igitur, & per qua-
drantem coram Sanctissimo Venerabili
per renovationem aut formulæ Marianæ,
aut formulæ S. Professionis nos Deo ex-
toto consecremus, & donemus. Clau-
sula sit *Te Deum Laudamus*. Fili! nos,
& nostra dare Deo, nihil magnum est;
nihil enim damus ex nostro: reddimus
ei, cuius sunt.

II. Quid

